nis. Quis est iste filius hominis. Dixit ergo eis ihc. Ad
huc modicum lumen in vobis est. ambulate dum lu
cem habetis. ut non tenebre vos comprehendant. Et qui
ambulat in tenebris. nescit quo vadat. Dum lucem
habetis. credite in lucem. ut filii lucis sitis.

LEC. LIB. SAPIENTIE.

Fortitudo et decor indumentum eius. et ridebit
in die novissimo. Os suum aperuit sapientie. et
lex clementie in lingua eius. Consideravit semi
tas domus sue. et panem otiosa non comedit. Sur
rexerunt filii eius et beatissimam predicaverunt. vir eius et
laudavit eam. Multe filie congregaverunt divitias.
tu supergressa es universas. SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore. Loquente ihesu ad turbas. extollens vocem quedam mulier
de turba. dixit illi. Beatus venter qui te por
tavit. et ubera que suxisti. At ille dixit. Quin
immo. Beati qui audiunt verbum dei. et cu
stodiunt illud.

lectio libri Sapientie.

Ab initio et ante secula creata sum. et usque ad futurum seculum non desinam. et in habi
tatione sancta coram deo ministravi. Et sic in syon firmata sum. et in civitate
sanctificata similiter requievi. et in iherusalem potestas mea. Et radicavi in populo hono
rificato. et in parte dei mei hereditas illius. et in plenitudine sanctorum detentio
mea.

License: cc-by-nc – St. Gallen, Stiftsbibliothek St. Gallen, Cod. Sang. 340, 9 – Lectionary with Epistles and Gospels
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-24nq/1595/19850)